



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

4. Adulterium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

cum infideli exerceatur nisi & ipse
pariter ad fidē conuertatur, ad eui-
tandū seductionis periculū aliaq;
incomoda, quia sāpe [B] malorum
consortia etiā bonos corrumpunt.

[A] 1. ad Corinth. 5 & ad Ga-
lat. 5. ad Ephes. 1. B Causa. 8.
c. 12. Sāpe. & cit. Cap. Iudæi.

IV. Adulterium dicitur quasi ad
alienū thorū accessio, nihil enim
aliud est, quām alieni thori viola-
tio, ad quam requiritur, ut vel vter-
q;, vel alteruter sit vinculo matri-
monii constrictus. Fitemus ex cir-
cumstantia (speciem luxuriæ mu-
tante in grauius peccatū). Óiugii in
viro vel fœmina, vi actus luxuriæ
nuncupari accensi debeat adul-
teriū. [A] Grauitas peccati colligi-
tur, ex Sacra scriptura [B] & præ-
ter malitiam fornicationis habet
etiam grauem iniuriam aduersus
innocentem coniugem exerci-
tam, nam vir iuxta S. Paulum

H 2 [C] non

[C] non habet potestatem corporis sui, sed vxor, & è contra vxor non habet potestatem corporis sui, sed vir, adeoq; qui sic obligatus est, alteri se copulare, seu usum sui corporis sine manifesta iniustitia concedere non potest.

[A] s. Th. 22. q. 15. 9. a. 8. apud Leß. l. 4. c 3. dub. 10. n. 71.

[B] 1. ad Corinth. 6. [C] 1. ad Corinth. 7.

V. Raptus propriè est cum persona aliqua libidinis causâ vi illatâ abducitur.

Intellige quamcunq; personā, siuè masculum, fœmellam, nuptam siuè innuptam, atq; necesse est ut vis inferatur vel ipsi personæ, vel eius parentibus, tutoribus, aut quorum curæ subiacet, aut utrisq; simul. Hinc si violaretur in domo paterna etiam vi illatâ. v. g. à milite hybernante, & non